

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1652

Autre(s) référence(s) : Fauroux 208 / Tabuteau 253

Auteur(s) : Richard, Évreux (comte)

Bénéficiaire(s) : Évreux, Saint-Sauveur (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1055-1066]

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard et Mathilde confirment et souscrivent la charte de fondation accordée à l'abbaye de Saint-Sauveur d'Évreux par Richard comte d'Évreux.

Ce dernier constitue en dotation au nouveau monastère : deux moulins à Évreux et la dîme de ses propres moulins à Évreux, et la dîme des revenus de la ville, le tonlieu excepté ; la dîme des revenus de toutes sortes de la forêt d'Évreux et les églises de cette même forêt ; tout son domaine d'Arnières [-sur-Iton] excepté le fief des chevaliers, les bois et l'eau, avec toutefois la pêche de Croignim ; à Claville une demi-charruée ; Hondouville ; la dîme de ses domaines de Gravigny et de Quittebeuf ; à Aubevoie la dîme de divers revenus ainsi que huit hôtes et plusieurs biens ; la dîme de tous ses revenus au delà de la Seine, en particulier celle des forêts du Trait, de Gravenchon et de Caudebec, ainsi que celle des moulins du Mesnil ; à Douvrend diverses dîmes, en particulier celle de la terre dite Fros comitis.

L'église de Saint-Sauveur est affranchie par Richard de toute coutume épiscopale et séculière avec l'assentiment de Guillaume, évêque d'Évreux et la confirmation de Guillaume le Bâtard ; le droit d'asile lui est également conféré. En témoignage de cette franchise, l'évêque d'Évreux reçoit pour sa cathédrale les foires de l'Annonciation qui se tiennent sur son parvis.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°208, p. 396-398.

Indications

Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, instr., col. 125. Lemarignier Jean-François, *Étude sur les privilèges d'exemption et de juridiction ecclésiastique des abbayes normandes depuis les origines jusqu'en 1140*, Paris, Picard (Archives de la France monastique ; 44), 1937, p. 79, n. 68.

Dissertation critique

1055 (le début de l'épiscopat de Maurille, archevêque de Rouen, 1055-1067) - 1066 (la conquête de l'Angleterre). Voir FAUROUX, p. 396.

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ, etc. Ego Richardus archipræsulis Roberti filius gratia Dei et electione Ricardi senioris avi mei Normannorum principis Ebroicæ civitatis comes electus et constitutus, hanc vitam miserabilem... pro nihilo ducens, timore etiam gehennalis pene perterritus..., pro redemptione peccatorum meorum, ac parentum, sive precedentium sive subsequentium, infra moenia præscriptæ civitatis, in honorem Sancti Salvatoris totius mundi conditoris ac gubernatoris, ecclesiam ædificari feci in qua Godeltilde filia mea facta sanctimoniali, Hersende existente prima abbatissa, sanctimoniales sub regula sanctissimi Benedicti monastice viventes, ad honorem Dei omnipotentis et totius mundi redemptoris, in eadem ecclesia stabilivi, et hoc assensu et consilio procerum meorum, laudanda etiam admonitione uxoris meæ Godehildis, et maxime hortatu et providentia domini Guillelmi tunc temporis ejusdem civitatis existentis episcopi, autoritatis cujus testimonio et deliberatione, sed et uxoris meæ et procerum meorum arbitrio... supradictis sanctimonialibus... præbui in eleemosynam de meis propriis redditibus illa quæ subscribuntur, providens ne Deo servientibus deessent saltem necessaria victui. Itaque, ego peccator Ricardus comes indignus, credens me cum supradictis sanctimonialibus partem habiturum in supernis mansionibus, fide firmando et jurejurando, ita libere et quiete ut melius habui... has villas decimasque subscriptas Salvatori Deo sibique servientibus sanctimonialibus perpetualiter habere permisi : apud Ebroicas duos molendinos, unum annonarium et alterum taneterium cum terra quæ ad eosdem molendinos pertinet, et decimam meorum molendinorum Ebroicarum, et decimam omnium reddituum et exituum civitatis Ebroicarum excepta decima telonei et omnem decimam omnium reddituum et exituum totius forestæ de Ebroys etiam decimam mellis ipsius forestæ, et venationis quicumque coeperit illam et decimam bladi et denariorum des essars quæ fient in ipsa foresta, et ecclesias prædictæ forestæ ; apud Asnerias dedi totum quod in dominio habebam excepto feodo militum, et nemore et aqua ; tamen in eis dedi eis piscationem quæ vulgo dicitur Croignim ; apud Olavillam terram ad dimidiam carrucam, et Ondovillam et quidquid ad eam pertinet, sicut umquam melius habui. Apud Gravigneium decimam de omni dominio meo, excepta decima bladi ; apud Quittebeuf decimam domini mei et lane et caseorum, excepta decima bladi ; apud Albam viam decimam telonei et census et omnium reddituum in denariis, et octo hospites, et terram ad dimidiam carrucam, et decimam caseorum et lane ; item apud Albam viam concessi eis vineam et molendinum, quæ Anschitillus de Altolio eis dedit meo concessu, pro filia sua ibidem facta sanctimoniali ; ultra Sequanam totam decimam omnium reddituum et exituum, quicumque fuerint, forestarum de Tractu et de Gravenchon et Caudebec, et decimam molendinorum du Maisnil ; apud Douvrenc decimam molendinorum meorum, et decimam telonei, et decimam census burgensium, et totam decimam estoblagii porcorum et herbagii ovium quas burgenses habuit, et duas guervas hortorum burgensium, sive lini, sive ca... ene, sive cujuslibet bladi et terræ quæ vocatur Fros comitis, et duas guervas terræ rusticorum, et duas guervas des essars. Prædictæ ecclesiæ feci habere quietationem ab omni episcopali, excepta cura animarum, consuetudine et seculari, annuente Guillelmo tunc episcopo Ebroicensi, et confirmante Guillelmo tunc duce Normanniæ. Ad quam ecclesiam quicumque confugerit, cujuscumque culpæ reus sit, illæsus et absolutus abeat. Servientibus sanctimonialium concessi eandem quietationem de omnibus quam haberent servientes de propria mensa mea vel successores mei. In testimonio et confirmatione quietationis episcopalis consuetudinis nundinas in Annuntiatione Dominica atrio Sanctæ Mariæ antiquitus constitutas, in præsentia prædicti ducis prænominato episcopo donavi suæ ecclesiæ habendas in perpetuo. Et si aliquis procerum meorum eidem ecclesiæ aliquid in eleemosynam donaverit, ita libere et quiete possideat, sicut ea quæ de proprio meo concessi. Huic donationi interfuerunt testes et confirmantes proceres mei, Guillelmus de Sachenvilla, Anschitillus de Altolio, Rogerius Harent, Salomon de Avrenchis, Rodulfus de Crovilla. Kartam inde factam confirmavit Guillelmus dux Normannorum, signo propria manu facto, et uxor ejus Mathildis similiter, et ego Ricardus signo meo, et uxor mea Godehildis similiter, et Maurelius archiepiscopus Rotomagensis signo suo, et Guillelmus Ebroicarum episcopus signo suo, et proceres Normanniæ signis suis : Rogerius de Muntgommery, Rogerius de Bellomonte, et Robertus comes de Eu, et plures alii. Signum Guillelmi ducis Normannorum. Signum Mathildis comitissæ Normannorum. Signum Ricardi comitis Ebroicarum. Signum Godehildis comitissæ Ebroicarum. Signum Maurilii archiepiscopi Rotomagensis. Signum Guillelmi Ebroicensis episcopi. Signum Rogerii de Montgummery. Signum Rogerii de Bellomonte. Signum Roberti comitis d' Eu.